VOTA ET MOTIVA,

extracta â libro motiuorum Regiæ Audientiæ de anno 1619. in processu appellationis Ioannis Martin, in artic. iurisfirm.

IN DEI NOMINE. Amen. Nouerint vniuersi, quod anno computato à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo vigesimo nono, die verò quæ computabatur vigesimo octauo mensis Aprilis, apud Cæsaraugustæ Ciuitatem, & in Camera Regij Consilij causarum Ciuilium præsentis Regni Aragonum, interuenerunt Magnifici Domini Antonius Augustinus de Mendoça ordinarius Assessor, Hieronymus Marta, Ioannes Franciscus Salaçar, Dominicus Descartin, & Franciscus Mirauete, Regij Cōsiliarij; coram quibus, fuit positus Processus intitulatus, Appellationis Ioannis Martin Regij Alguacirij, super apprehen. in articulo iurisfirmarum, in quo omnes de dicto Regio Consilio concordes fuerunt voti & opinionis, quod atten. cōten. &c. tenetur, & debet pronuntiare per Iudicem à quo benè fuisse, & esse pronuntiatum, & pro parte Clementis Ludouici Gil procuratoris malè ad hanc Regiam Audientiam appellatum, appellantem in expensis taxandis condemnando, cętera supplicata locum non habere. EX EO præsertim, quoniam non constat de aliquo grauamine à Iudice a quo illato; etenim apparet Matheum Martinez fuisse dominum & possessorem bonorum in præsenti processu

cessu apprehensorum tempore sui obitus, & in vim testamenti ab eo facti, bona de quibus in hoc processu agitur, peruenisse in eius vxorem Ioannam Visiedo, quam hæredem suam reliquit onere, tamen ei adiecto, & apposito, vt teneretur ipsa disponere de dictis bonis in fauorem Nicolaij Matheij Martinez, filij dictorum coniugum. Apparet etiam præfatum Nicolaum Matheum Martinez, paternas edes in præsenti processu apprehensas vendidisse, instrumento publico mediante Petro Colon, & hoc interueniente consensu & approbatione prædictæ Ioannæ Visiedo matris suæ, & cum renuntiatione iurium in fauorem Petri Colon emptoris, quæ ipsi Ioannæ Visiedo virtute testamenti sui mariti competere poterant, ex quibus subsequitur sublato illo impedimento iuris matris competentis, validam & firmam extitisse præfatā venditionem ad beneficium Petri Colon concessam. Constat similiter, Petrū Colon possedisse bona apprehēsa per tempus plusquam duodecim annorum post venditionem præfatam, vsque ad tempus oblatæ appellitus præsentis apprehensionis, atque ita propositionem iurisfirmæ ab eo oblatam, in cuius locum fuit reposita Elisabeta Baylo eius vxor, meritò recipiendam fore censuit Iudex a quo. Quibus minimè refragatur illud, quod pro parte Ioannis Martin Regij Alguacirij obijcitur, nimirum præfatam Ioannam Visiedo obligatam, existere mediante instrumento publico comandæ, in fauorem eiusdem Ioannis Martin, concesso ante confectionem prædictæ venditionis, & per consequens consensum, & laudationē venditionis ab illa præstitam in prædicta venditione, & renuntiatione inhibi factam censeri subsecutas in fauorem creditorum, & sic dicti Ioannis Martin creditoris auferendo ei ius sibi, ex instrumento comandæ in his bonis apprehensis pertinens. Respondetur, siquidem non ideo, quod Ioanna Visiedo adhibuerit talem consensum dictæ venditioni, & eam laudaue-

dauerit, & approbauerit renuntiationem quæ sui iuris fecerit intelligendum esse, id factum fuisse in fraudem, & prçiuditium creditorum, & sic Ioannis Martin, sed id factum fuit per matre pietatem motam erga filium, & grato animo erga Matheum Martinez suum virum, vt plenius eidem obsequium præstaret, eiusque voluntatis satisfaceret, neque considerationis est, quod dicitur huiusmodi restitutionem, & renuntiationem ab ipsa matre factas, non tendere in fauorem filij, sed respicere fauorem personæ extraneæ, silicet Petri Colon emptoris edium apprehensarum. Nam respondetur, quod matris cōsensus, & approbatio venditionis, ac renuntiatio sui iuris præcisè concurrere, & interuenire habebant plena, & omnimoda pro validitate, ac firmitate venditionis à filio cōcesse, ideo ea omnia facta censentur contemplatione, & fauore ipsius filij, cuius lucro, & vtilitati cedit preciū domus venditæ. Nec obstat, quod venditio, & receptio precij rectè possint, consistere ratione proprietatis ad dictum Nicolaum filium vēditorem spectantis, ac propterea cessionem vsusfructus, non vergere necessarium incommodum, & vtilitatem ipsius filij venditionis, sed potius Petro Colon emptoris. Quoniam inficari non potest, quod si mater nō approbasset venditionem, & renuntiasset ius sum, nequaquam inuenire potuisset filius venditor illam pecuniæ quantitatem, quam habuit ratione precij domus, sed multò minorem, & inferiorem propter onus iuris matri suæ pertinentis, præsertim nam si ipse Nicolaus filius contingeret mori viuente sua matre hærede, vēditio filij penitus corrueret, & innanis, & vacua rederetur, quia domus apprehensa libera remaneret penes matrem, quare vt filius securè cōsequi posset vtilitatē opportuit, vt mater laudaret venditionem, & renuntiaret ius suum, vt sic semper venditio in tuto esset in quemlibet euentum, quare quæ à matre gesta fuerunt commodum filij restituere, absque dubio arbitra-

bitramur. Deniq. omnis intentio, & animus fraudandi creditores excludi videtur ex dispositione matris ad fauorem filij facta, in quam iuxta testamentum Mathæi Martinez patris disponere, vel in vita, vel in morte tenebatur, quippè fuerat relicta hæres cum eo onere. Nam coniectura maternæ pietatis, & maritalis affectus omnem fraudis præsumptionem elidit, & aliàs atten. conten. &c.

SIG✠NVM mei Petri Alberti Polo, Scriua mandati, & Archiuarij Domini nostri Regis Cæsaraugustæ domiciliati, authoritateque Regia per totũ Aragonum Regnum publici Notarij, qui huiusmodi vota, & motiua à libro Regij Consilij causarum ciuilium prædicti Regni Aragonum, vbi continuata existunt manu mea propria extraxi, & cum eo benè, & fideliter comprobaui, in quorum fidem, & veritatis testimonium meo solito signo signaui.